progressu; sed nulla est tanta consensio, quae tales quae-
relas possit effugere. Dns Antonius noster praeco, se- Antonius Greven, stein.
ri satis concessit, sicut fortis equus &c. Guilhelmus ille
Vossius per quem ante menses aliquot ad te misi episto-
lam, hic sua voce tanquam tuba commovet totā Bremā
fertqz ad eum concursantibus favor et aviditas
audiendi. Is sane non ex Postillis, ut plerique, pluvias
aquas colligit: sed vero quodam et perpetuo Scripturae
flumine exundat. Gratias ago Deo, quod contra quā
meremur, tam strenuum nobis excitavit avitarū
sordium repurgatorem. Caeterum Saxonica gens quam
chalybeam habeat cervicem ex Dn. Doct. Alberto plus
millies audire. Cum mihi cum clarissimo consule
Dno Petro Hetmanno quaeso ut officiose salutes. Vale
cum tuis omnibus. Postridie [illegible] Januarii, anno ultimi
temporis M.D.LXXII. Bremae

Tuus
Johannes Molanus.

(188)

[= Mscr. a. 7: zu Nr. 211]

P. S.

Nondum removeram manum de tabula, ecce ante osti-
um puer scholasticus [illegible] nunciabatur, qui leporem nu-
per emptum Rectori apportet. Pinguis erat, et fumans
etiam nunc e venatione. Eum accipiens, ego et uxor
adeo exhilarati sumus, ut nobis videremur thesaurū
invenisse. Quod autem puerulus ille levis nos sui
patris nomine rogabat, ne spernerem munusculū,
id ego [illegible] clarissimam coniugem rogamus,
[illegible] Vale. Petrus Piscator, cum semper a nobis
dispungeret, quod mihi reliquum de ratiuncula erat,
[illegible] ajebat [illegible] Dno Commelino reddidisse. Da-
[illegible] sunt 4. et 4. grossi, quibus accessit ex ratione [illegible]
[illegible] cendelarum, et [illegible], quod pretium ei [illegible]
reddat 4. daleros, quando erit commodum, nolim patrem
improbius urgeri, vereor enim, ut in ista rerum, quae ad [illegible]
cibum pertinent, difficultate non possit familiae suae sum-
ptibus superesse, reddat vel ad Pascha, dum reddat modo,
quamquam Petrus ajebat reddidisse, quod non arbitror,
quia nullam ejus pecuniae mentionem fecit. Scribet multa

Petri, sed non laboro, cum mihi conscius testis est animus.
Postquam huc adolescens redijt, neque in mea domo, neque
postquam a me discessit quidquam esse vel dictum a
me, vel factum malitiose aut improbe, amari eum in-
genue, cessantem commonefeci, nunc verbis, nunc fer-
la. Quod equidem fieri sibi patiuntur, qui sunt in ma-
datis primi. Jam vale tertium. Nam si quid erit addi-
dum praeterea, mutabo chartam.

189.) M. Jacobo Commelino
Pax Christi.

Paravi literas ad meum germanum, sed vereor, ut in-
hinc discesserit, dixerat cum hinc abiret, esse sibi quae-
dam Amsterodamum comportata, illud esse maturandum.
Habeo vobis omnibus gratiam, quod benigne, et humaniter
sit acceptus. Homo est apertus et simplex, simulandi dissi-
mulandique impudens. Usum habet artis suae, nec caruisset,
quam successu, si quid literarum accessisset, profecto in-
ter suos emineret. Τῷ δ' ἕτερον μὲν δῶκε πατὴρ ἕ-
τερον δ' ἀνένευσεν. Res vobis domi et in schola medio-
criter procedunt, adversa subinde interveniunt et a-
spera: sed ea vel animo, vel amico superantur. Scis qua-
lis sit juvenum levitas et inconstantia. Quid mi-
rum si in scholis, aut in scholasticis familiis ballido-
nia nunquam esse possunt? in doctrina caelesti sedulo
laboratur. Ceremoniarum faeces tarent (?) ecclesiae, quae
ut absterqi queant. Gulielmus quidem ille, qui a vobis
venit, acriter insurgit, sed qui in cursu priores sunt,
nisi quod ipsi fecerunt, nil rectum putant, usque adeo am-
bitiosum est hoc seculum, ut vix etiam in ipsis ecclesiae
rectoribus invenias illud Homericum: ὄφρα σὺ ἐξοχώ-
τερον, καὶ δὴ ταλεώτερον ἔσαι. Sed clidit proverbium.
Ne supra crepidam judicet sutor. Beati conjuges quo ipso-
res, qui ducunt unum jugum pariter, ubi hanc ille sic
diligit, ut se ipsum, haec illum ita reveretur, ut nun-
quam diffugiat voluntariam subjectionem. Vos autem
imprimis beati, quibus contigit ubi χαίρειν καὶ τὰ

[= Mer. a. 7. Nr. 212]